

Sonntag, Christoph

Exercitatio liturg. de tropariis ecclesiae graecae

Altdorfium 1698

4 Diss. 3558,25

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10968286-7

4^o Bill. 3558. (25.)
EXERCITATIONEM LITVRGICAM

De

TROPARIIS

ECCLESIAE GRÆCÆ

SVB PRÆSIDIO

VIRI

SVMMÆ REVERENDI, AMPLISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. CHRISTOPHORI
SONNTAGII,

SS. THEOLOG. DOCTORIS,
EJVSDEMQVE PROF. PVBL. PRIMAR.
CELEBERRIMI, ECCLESIAEQVE ANTIST.
VIGILANTISSIMI,

DN. AFFINIS, PRÆCEPTORIS AC PA-
TRONI SVI, *Parentis loco æternùm de venerandi,*

IN AVDITORIO THEOLOGICO

D. 24. Septembr. A. O. R. M. DC. XCVIII.

publico Theologorum examini

subjiciet

AVTOR & RESPONDENS

JOH. CHRISTOPHORVS STEMLERVS,

Neostadio-Variscus.

ALTDORFI NORICORVM,

Literis HENRICI MEYERI, Vniversit. Typographi.

EXERCISES IN THE

ART OF WRITING

BY JOHN W. WALKER

NEW YORK

1841

Published by

WALKER & COMPANY

107 NASSAU ST.

NEW YORK

THE

ART OF WRITING

BY JOHN W. WALKER

NEW YORK

1841

Published by

WALKER & COMPANY

107 NASSAU ST.

NEW YORK

THE

ART OF WRITING

BY JOHN W. WALKER




IN CHRISTI SALVATORIS NOMINE
VNICO!

EXERCITATIO LITVRGICA

de
TROPARIIS
ECCLESIAE GRÆCÆ.

§. I.



primordiis Ecclesiæ Psalmos ac hymnos
in conventibus fidelium decantatos
fuisse, Gentium Doctor indicat, ad E-
phesios suos cap. V. 19. hoc verborum
tenore usus: πληρῶθε ἐν πνεύματι, λαλῶν-
τες ἑαυτοῖς Ψαλμοῖς, ἢ ὕμνοις, ἢ ᾠδαῖς πνευμα-
τικαῖς, ᾄδοντες ἢ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν

Ritus alternatim canendi in Ecclesia antiquissimus probatur a) præcepto Pauli Apostoli,

τῷ Κυρίῳ. Implemini spiritu, loquentes vobismetipsis Psalmos ac hymnos, & cantiones spirituales, canentes in corde vestro Domino. Quæ verba, quemadmodum de alterno cantu intelligenda esse, Interpretes communiter docent: Ita etiam nullus, credo, ipsorum, hunc usum semper in Ecclesia viguisse, negabit.

II. Quod si tamen sint, qui in dubium dicta hæc mea vocare amaverint, quod nimirum amœbæa canendi consuetudo sit antiquissima; illis testimonium Augustini oppono, scribentis, quod de hymnis & psalmis canendis, ipsius Domini & Apostolorum habeamus documenta, & exempla, & præcepta, Epistol. 119. c. 18. p. m. 600. Quid? quod Plinius, Ethnicus Scriptor, dictis hisce meis fidem conciliat? Sic enim

b) Augustini, imò etiam Plinii testimonio.

EXERCISES IN THE

ART OF WRITING

FOR THE

USE OF

THE

YOUTH OF

THE

UNITED STATES

OF AMERICA

BY

JOHN

W. WALKER

OF

NEW YORK

AND

ALBANY

1845

NEW YORK

WALKER

NEW YORK



IN CHRISTI SALVATORIS NOMINE
VNICO!

EXERCITATIO LITVRGICA
de

TROPARIIS
ECCLESIAE GRÆCÆ

§. I.



primordiis Ecclesiæ Psalmos ac hymnos in conventibus fidelium decantatos fuisse, Gentium Doctor indicat, ad Ephesios suos cap. V. 19. hoc verborum tenore usus: πληρῶθε ἐν πνεύματι, λαλῶντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς, ἢ ὕμνοις, ἢ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ᾄδοντες ἢ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν

Ritus alternatim canendi in Ecclesia antiquissimus probatur a) præcepto Pauli Apostoli,

τῷ Κυρίῳ. Implemini spiritu, loquentes vobismetipsis Psalmos ac hymnos, & cantiones spirituales, canentes in corde vestro Domino. Quæ verba, quemadmodum de alterno cantu intelligenda esse, Interpretes communiter docent: Ita etiam nullus, credo, ipsorum, hunc usum semper in Ecclesia viguisse, negabit.

II. Quod si tamen sint, qui in dubium dicta hæc mea vocare amaverint, quod nimirum amœbæa canendi consuetudo sit antiquissima; illis testimonium Augustini ^{b)} Augustini, Domini & Apostolorum habeamus documenta, & exempla, ^{imò etiam Plinii testimonio} præcepta, Epistol. 119. c. 18. p. m. 600. Quid? quod Plinius, Ethnicus Scriptor, dictis hisce meis fidem conciliat? Sic enim

enim ille in epistola ad Trajanum dicit, *Christianos* (eo tempore novos admodum, & propter tyrannidem dominantium adhuc dissipatos) *solitos fuisse stato die ante lucem convenire, & carmen Christo, quasi Deo* (proh blasphemiam) *secum invicem* (h. e. alterna modulatione) *dicere.* Lib. X. Epist. 97. p. m. 844.

Descenditur à ritu illo amœbéo ad Troparia Græcorum, quantumvis abusu legitimo sæpius ad Sanctorum invocationem translata.

III. Nolo tamen huic Pauli loco vim inferre, illumve ad præsens institutum meum omni ex parte trahere, qui videlicet non de temeraria & prohibita Sanctorum invocatione, sed de vera, Deum cantionibus colendi ratione agit; ne forte non solum Romanæ Thaidos cultoribus, verum etiam superstitionis Græculis nimium tribuere videar. Sic enim duntaxat præludere placuit qualicunq; huic meæ Dissertatiunculæ de *Tropariis Ecclesie Græca*, quæ, quemadmodum varius apud Veteres canendi modus obtinebat, ita peculiarem inter cantica sibi vendicabant locum: quem etiamnum inter eosdem esse receptum, observat *Thomas Smith* in Epist. de Græc. Eccl. hodierno statu p. 145. Neq; verò penitus abs re erit, Paulinum isthoc cum grano salis allegasse, utpote quod, ceu supra annuimus, communi eruditorum suffragio, de mutuo quopiam canendi modo agit, quem per *Troparia* nostra curari, statim ad oculum ex sequentibus patebit. Agedum igitur, ut propius ad illud meum propositum accedam, ac rubricæ satisfaciam, remotis nunc omnibus circuitibus, ea, quæ pro ingenii mei indole, & modico librorum apparatu afferre poterò, edisseram.

Troparium nonnulli derivant à *τροπαιον*, q. d. *τροπαιειον*. Nonnulli à Tropis sive moribus Sancti alijus, quos populo declaret.

IV. Cum autem sine prævia vocum accuratiore notitia de ipsis rebus, quarum illæ involucra sunt, judicium non adeo dextrum ferri queat, ante omnia in natales vocis *Troparium* inquiram. Notandum igitur, hanc vocem apud *Ἑλληνων παιδας* Græco-barbaram audire, & civitate Latina jam esse donatam. Quare factum, ut etiam maxima Lexicographorum volumina, antiquiora præferam,

fertim, illam ne primis quidem, quod ajunt, attingerent labris. Sunt, qui ejusdem incunabula in voce Τροπαιον, quæ triumphum denotat, quærant, putentque vocabulum illud inde derivari debere, ita, ut non Τροπαίειον, sed magis Τροπαιάειον de jure legendum veniat; sitque adeo hymnus, qui victoriam in die aliquo solemniori, triumphoque consecrato, recinat, prout ex *Ligaridio*, rerum Liturgicarum Scriptore, refert *GOARVS ad Euschologium* p. m. 434. Alii eò collineant, ut velint, Τροπαίειον ideò dici, quoniam in cantico illo, quod ita vocitari solet, Τρόποι sive mores Sancti alicujus describantur, & publicè populo declarentur; quam quidem sententiam sua penitus laude defraudare nolo, prout infra *ex ipsa re videndum*.

V. Sed ut plenius & planius, quid sibi vocabulum isthoc neotericum velit, tenere queamus, age, audiamus *Zonaram*, de illo apud *Goarum* l. c. ita differentem: Τροπαία *Optimè deducitur ἀπὸ τῆς τρέπειν, testibus Zonara & Arcudiodio.*
 λόγονται, ὡς πρὸς τὰς εἰρημὰς τρεπίδρα καὶ τὴν ἀναφορὰν ἔ μείλεις πρὸς ἐκάστης ποιήδρα, ἢ καὶ ὡς τρέπεται τὴν φωνὴν ἀδόντων πρὸς τὸ μέλῳ, καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν εἰρημῶν. Troparia dicuntur, quæ ad hirmorum sive tractuum modum τρέπονται sive vertuntur, inflectuntur ἔ canuntur: vel, quoniam Cantorum voces ad sonum ἔ numerum hirmorum modificant. Videantur *MEVRSIVS* in *Glossar.* p. m. 733. & qui eundem secutus est, *SVICERVS* in *Theaur. Græco-Lat.* sub hac voce. Optima igitur est eorum sententia, qui Troparium ἀπὸ τῆς τρέπειν, & quidem à præterit. Med. τέτροπα, à quo & Τρόπῳ descendit, originem trahere autumant, addito rationis momento, quoniam Sacerdos, cui Troparium canere in mandatis datum est, τρέπηται πρὸς ὁμιλίαν h. e. vertatur ad auditorium, ejusque obtutui illud proponat. Cui opinioni, quoniam Etymologiæ omnium proximè respondet, legesque derivationis observat, etiam *Arcudius* apud *Goarum* l. & p. c. album adjicit calculum. Sic enim ille: Τροπαία, inquit, πρὸς τὸν εἰρημὸν τέτροπαται καὶ γενέωκε, καὶ κείνον ἔχει ὁίωνα παραδειγματικὸν καὶ

καὶ τελειωμένον. Troparia juxta tractum vertuntur, & ad illum inclinant; nam velut exemplar & perfectivam causam eum respiciunt. Vicissim εἰρημοὶ sive Tractus sunt cantica ipsa, sic vocata, quod sequentia Troparia ad Musicam suam inflexionem trahant, hæcque pari syllabarum numero versibus eorum respondeant.

Troparium est diminutivum a τροπῶν. Pamelius ad Troparia Græc. Tropos Latinorum quam proxime accedere asserit. Est igitur in voce Troparii significatio versionis, conversionis, versus, versiculi. Goarus Modulum interpretatur.

VI. Unicum adhuc circa voculam isthanc monendum duco. Scilicet, Diminutivam à τροπῶν, ut Grammaticorum filii appellare consueverunt, eam venire nominandam, nullus, credo, non videt; etiamsi quidam discrimen inter Tropi & Troparii vocabula admittant, & hoc Ecclesiæ Græcæ, illud vero Latinæ esse proprium existiment. Certo tamen sensu ac respectu unum idemque esse duxerim. Consulat B. Lector JACOBI PAMELII Liturgicorum Tom. II. in Prolegomenis sub Titul. de Tropi, qui mihi ὁμοίησι, ad Troparia Græcorum quam proximè Tropos accedere, asserit. Nec malè. Etenim, si supra additam derivandi rationem considero, Tropus & Troparium nihil aliud sunt Latinis, quam versio, conversio, versus, aut si mavis, prout à Cantoribus Musicæ artis peritis nominari scimus, Versiculus. Nec obstat, Goarum l. c. p. 434. modulum interpretari, eâ permotum ratione, quoniam in illa canendi consuetudine, vox variè inflectatur & vertatur; quasi modulationem ultro citroque versam aut conversam dixeris. Nam tantum abest, ut translationi huic nostræ opponatur, ut potius eidem supponatur, subordinetur, suavissimèque cum illa consonet. Accedit, quod ipse Troparium existimet esse vocem genericam, & cunctis canticis in Ecclesia Græca receptis communem, l. c. p. 32.

Differt a Tropeo & Troponario in Glossar. Carol. du Fresne, it. ab Orario, de quo Balsamon & Beveregius,

VII. Vidimus hætenus satis, credo, perspicue fontes nostri Troparii Etymologicos; jam quoque est animus in medium asserre vocabula nonnulla, quæ differunt a Tropario, quæque cum eodem confundi facile possunt.

Differt

Differt igitur ab ipso I.) *Troperium*, quod secundum CAROLI du FRESNE *Glossar. Tom. II. p. 1250.* est liber consequentiarum. II.) *Troponarius*, qui liber iste est, cui Troparia leguntur inserta, qui etiam *Trophonarius* & alio nomine *liber profarum*, a *prosis*, in Liturgia appellari solet. Differt ab eodem III.) *Orarium*; cujus vocabuli originem ut perquiramus, tenendum est, varias variorum sententias de ea prostare. *Balsamon* statuit ex Græco esse, & ἀπὸ τῆς ὀρῶ, sive potius ἀπὸ τῆς ὀρῶ descendisse, a videndo quippe formandum. Latinam autem origine esse vocem, quidam colligunt. Alii igitur ab *ora* vestis, cui nempe annectebatur, alii autem ab *hora* derivari debere sibi persuadent. Proinde citatus *Balsamon*, usum *Orariorum* fuisse perhibet, ut alligatis illis *Diaconi* tempus indicaverint, quo preces pro catechumenis, cantus, aliæq; in sacris celebrandis incipere debeant. Conf. *Guilielm. Beveregii Nota ad Conc. Laod. Can. 22. p. m. 195. seq.* qui fallaciam spiritus in hac derivatione obtinere locum asserit. Idem affirmat, *Patres Concil. Toletan. IV.* ab *orando* deduxisse, quando *Can. 39.* dicant, *oraria presbyteros etiam, & cum consecrarentur* (h. e. ordinarentur) & *cum sacra celebrarent, gestasse.* Verisimilius tamen illorum *Orarii* ἑτοιμεον esse, qui istud ab ore, cui nempe tergendo proprie destinatum esset, deducant, tandem *Ἰπικεῖναι.*

VIII. Sed satis de his. Restat, ut ad nomina Tropario confiniora & inter canendum junctiora pedem promoveamus. Tanta autem illorum farrago, tantaq; moles sese primo statim intuitu nobis, Evchologium inspectantibus, offert, ut dubium ferme quoddam suboriatur, quænam digna sint præ cæteris, quæ delibentur. Ex plurimus annotamus sequentia: *Antiphona, Tropus, Σπυρίδιον, Responsorium, Contacion, Paracontacion, Ἐξαποσειλάριον, Θεοτόκιον & Ἀπολυτίκιον.* Antiphona, si sensu lato accipiatur, nihil aliud est, quam cantus Ecclesia-

Convenit quæ dantenus cum Antiphona tum in acceptione latiori, tum etiam strictiori,

clestiasicus alternus, cum videlicet à duobus choris alternatim Psalmi aut hymni concinuntur, describente ita illam CAROL. du FRESNE P. I. Glossar. p. 243. Descendit ab ἀντι & φωνή; & ita Latine reciprocatio vocis, aut vox reciproca, commode transverti poterit. Sin strictius accipiatur, dicimus, quod Antiphona sint mera ex variis Psalmis diversorum Versuum, qui magis solennitatis mysterium exprimunt, Ecloga, quæ Psalmis ipsis concinendis præmittuntur. Idem ibid. qui insuper varia earum genera, ut Antiphonam ad introitum, Antiphonas processionales, Rogationales, Allelujaticas, invitatorias aliasq; complures, ut & librum illum, in quo Antiphonæ mundissime descriptæ erant, qui Antiphonarum audit, fusius enarrat, p. 244.

Ejusdem traditi
Autores, Ignatius,
Flavianus, Theodorus,
Ambrosius & Cælestinus Papa
apud Card. Bonam.

IX. In utroque autem Hierarchiæ statu, tam Græco, quam Latino, usu esse receptas Antiphonas, nullus, quod ambigat, habet, cum sedula librorum Liturgicorum lectio illud abunde det comprobatum. At enim vero, quod ad Autorem, qui formam istam alterna vice in Ecclesia cantandi apud Græcos induxerit, attinet, illum S. IGNATIVM fuisse, & ab ipso hunc ritum primum in Ecclesiam Græcam profluxisse, Cl. Glossarii jam laudati conditor l. c. autoritate fretus Nicephori, Socratis, & aliorum, asserere non dubitat; quamvis etiam illorum sententiæ nihil detrahat, qui cum Theodoreto, Sigeberto aliisque Autores Antiphonarum FLAVIANVM & THEODORVM constituunt. Apud Latinos autem AMBROSIVM in hoc canendi genere Græcos imitatum fuisse, ac ab ipso earum usum in cunctis occiduis regionibus increbuisse, ex Liturgia Isidori l. 1. de Eccl. off. c. 7. Augustini l. 9. Confess. & aliis probare annitur. Interim Cælestinum Papam, antiphonatim, h. e. alternis choris canere præipientem, ante quem nunquam hic mos floruerit, nobis tradit Card. Bona, Rerum Liturg. l. II. c. 13. p. m. 312.

X. Affinitatem porro quandam cum Tropario nostro obtinet Contacion sive Paracontacion. Modulus erat brevissimus post Trisagion subinde cani solitus, teste Card. Bon. de Div. Psalm. c. 18. p. 552. Processum ejus descriptum offendes apud sæpius citatum Glossarii Editorem p. 244. ubi sistuntur γυμνάσεις εἰς τὸ ἐπιέρχασθαι ἀλλήλοις ἄνδρες β. καὶ ἰσοχωρεῖν καὶ πάλιν ἀπελευθεῖν, καὶ ἐξελίσσειν τὸ ἴδιον τὸν τόπον παρακωντακίς, h. e. exercitia ejusmodi, quibus duo viri invicem sibi accesserint, & recesserint, iterumque sese depulerint & evolverint circa locum paracontacii. Alium tamen de contacio conceptum sibi fingit Meursius, quando, quod sit Breviarium aliquod ἀδέσποτον, quod res sacras recenset, asserit in Glossar. p. 329. Θεοτόκιον denique salutatur illa cantici particula, quæ in honorem Deiparæ Virginis inserta, & quasi intercalata est. Reliqua, quæ supra stitimus, Troparii confinia, quoniam ex ipsis terminis patent, nec nodi sunt Gordii, hic ob promissam brevitate & rationem instituti, peculiari quodam, eaque prolixiori, tradere enucleatione supervacaneum esse putamus. Quin potius nunc, priusquam ad specialiora progrediamur, prolegomenis his ipsam quoque Troparii Descriptionem addimus. Commotivum à τρέπειν à vertendo dicitur, & est Demi- Troparii descriptio, nutivum à τρέπειν versio, describi poterit, quod sit Versiculus quidam, cæteris melodia solennis ac liturgica partibus in Ecclesia Græca additus, quo ad meliorem canticorum ritualium connexionem, mutuam extimulationem, ac devotioem Dei aut Sancti alicujus invocationem, utens vel Sacerdos ad populum, vel populus ad Sacerdotem, alternatim convertitur.

XI. Hactenus de illis, quæ ad vocem Tropariorum magis attinebant. Jam, flagitante ita ordine, pauca quædam de Inventore eorundem ex Autorum sententia oculis sub- In Inventorem Tropariorum inquiritur, jicere constitui. Quod, verò (ut generalia quædam præmittam) ad artis alternatim canendi auctorem, seu B mavis,

mavis, continuatorem attinet, illum *Flavianum & Theodorum* fuisse (qui primos in duas partes divisas coetibus Psalmos canere praeceperint, ac alternis vicibus melodiam Davidicam decantare jusserint) commune Scriptorum Liturgicorum suffragium sustinet. Qua consuetudine laudabili Ecclesia Antiochena τὰ ζῆσοῦ ἐπι Davidis duobus in choris decantavit; perinde, ac nos hodiernum Collectas & Litanias ceu vocamus, publicas canere solemus. Videatur fufius de hac re differens DN. PRÆSES in Titulis Psalmorum, p. m. 175.

Joh. Bona nullum Troporum vestigium apud Scriptores ante A. C. 1000. invenit. Jo. Dallæi de novitate versiculorum judicium. Goar. Troparia refert ad tempora Zenonis Imp. Rursum Durandus & Ferrerius Gregorium M. Troporum Inventorem consti- tuunt. Th. Anagnosta Anthimum & Timoclem Tropariorum facit Auctores.

XII. Quis autem speciatim Tropariorum apud Græcos sit Autor, adhuc sub Judice lis est. Hoc quidem certe *Cardin. Bona* affirmat, nullum Troporum vestigium apud Scriptores, quæ ante annum Christi millesimum libros de divinis officiis ediderunt, extare *Rev. Liturgic. L. II. c. 3. p. 113.* Perinde fere, ac apud Latinos versiculorum, lectioni inferendorum, cujusmodi sunt Responsorium sive Graduale, Alleluja, Tractus, Sequentia sive Prosa &c. novitatem probe observat *Joh. Dallæus de cultib. Latin. relig. lib. IX. cap. 8. p. m. 1206.* Sed enim identidem laudatus *Commentator ad Euchologium Græc.* asserere non dubitat, Tropariorum editionem non esse modernam, sed jamdum tempore Zenonis Imp. floruisse, p. 436. Quidam, ut propius ad scopum accedam, inter quos *Durandus*, & qui illum sequitur, *Petrus Ferrerius*, GREGORIVM M. Troporum inventorem fuisse, existimant; quibus tamen contrariatur & obicem ponit laudatus *Cardinalis l. c.* Alii, Tropariorum Auctores *Anthimum & Timoclem* extitisse, persuasi sunt, quibus etiam adstipulatur *Theodorus Anagnosta*, scribens: Ἀνθίμου καὶ Τιμοκλῆς οἱ τῶν Τροπαιῶν ποιηταί, *Anthimus & Timocles Tropariorum Auctores.* Hos autem ad Leonis Magni tempora à *Cedreno* referri, docet *Goar. l. c.*

XIII. Inveniuntur præterea, qui Troparia ad tempora *Justiniani*, imo ad ipsum *Justinianum* revocent, idque auctoritate *Germani*, *Hist. Eccl. p. 155.* inqvientis: Ἐμοὶ λέγουσιν, ὅτι αὐτὸ τὸ Τροπάρειον ἐκπεφώνηται ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανῆ, σφόδρα καὶ αὐτὸ τοῖς συμβόλοις γενέσεως τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφαρμόζον, h. e. Nonnulli dicunt, idem Troparium enunciatum fuisse à divina memoria Imperatore Justiniano, quod valde etiam Symbolis nativitatis Jesu Christi quadrat. Nec desunt, qui antiquiorem adhuc, imo antiquissimum ritum isthunc reddant, eumq; à Judæis, & quidem à *Josepho* & *Nicodemo*, sepultoribus Salvatoris nostri, familiam ducere, autument. Sic enim citatus *Germanus Histor. Ecclesiast. p. 155.* illud exprimit: τὸ Τροπάρειον, ὃ ἐστὶ τὸ τέλος τῆς δευτέρας ἀντιφώνης λέγεται, ὃ ἐστὶ, ΜΟΝΟΓΕΝΗΣ ΥΙΟΣ ΚΑΙ ΛΟΓΟΣ ΘΕΟΥ, ποίημά ἐστιν Ἰωσήφ καὶ Νικοδήμου. Ἀπαίροντες γὰρ Κύριον πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι αὐτὸν, ἐμυήθησαν αὐτὸν διὰ τῆς πίστεως καὶ ζωοποιῶς σώματος τοῦ Κυρίου, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ ἀχωρίστως θεότητος. Troparium, quod ad finem Antiphonæ secundæ dicitur, quod est VNIGENITVS DEI FILIVS ET VERBVM DEI, poëma est *Josephi* & *Nicodemi*. Tollentes enim Dominum, ut sepelirent eum, eò sunt initiati à venerando & vivifico corpore Domini, & divinitate in eo inseparabili. Confer. omninò *Svicerus in Thesaur. Græco-Lat. sub h. v.*

XIV. Atque hæc sunt Autorum conjecturæ (ut molliissime loquar. Ultima nempe de *Josepho* & *Nicodemo* relatio fabulæ similior videtur) quibus aliquam *Πικρῶσιν* addere nec licet, nec libet; cum videlicet sit res incertissimi fundamenti, nec propter temporis injuriam, qua autor forte Tropariorum genuinus ex oculis Eruditorum sublatus est, afferri queat. Cæterum, Magnates etiam & Imperatores fuisse Tropariorum amatores & aestimatores, illis animum applicuisse suum, imo, quod admirandum prorsus, Troparia modulatrice & sonora voce

Narrat *Germanus* apud *Svicerum*, tempore *Justiniani* jam usitata fuisse. Imo tandem, *Josephum* & *Nicodemum*, ἐνταφιασῶς *Salvatoris* nostri, Troparia aliqua cecinisse, fide sua commemorat.

Leo Armenius ac *Theophilus* Imperatores cantant Troparia, juxta *Cædrenum*.

in Ecclesia publice decantare, in laude quondam posuisse, literis proditum invenimus. Laudatur nempe eam ob causam *Leo Armenius* à *Cedreno*, deque *Theophilo*, nomini suo alias non respondente, idem Autor refert: Ἐφιλομήειτο καὶ μελωδὸς εἶναι. Διὸ καὶ ὕμνος ποιῶν τινὰς, καὶ στιχηρὰ μελίζων, ἀδεῶναι προετέρετο, μὲν ὧν καὶ τὸ ΑΚΟΥΕ ΚΟΨΗ, μετὰ ρυθμὸν ἔπερον, ὡς ὁμοίων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀδεῶναι διατίθειτο, *Ambiebat* (*Theophilus*) *Musices laude excellere hymnosque quosdam & versus composuit* (de quibus est *AVDI FILIA* ab eo concinnatum) & in Ecclesia Dei canē mandavit, apud *Goarum* l. c. p. 435.

Ordo canendi Troparia. Hæc antecessit εἰσμός.

XV. Sed tempus ratioque instituti monet, ut ne Benevolum Lectorem diutius ab ipsa re detineam, vacuasque magis testas, quam ipsam testudinem porrigam, fallor? an etiam longioribus ambagibus nauseam paraturus? Integrum itaque erit ad τροπαιῶν τάξιν h. e. ordinem, constitutionem & consuetudinem ipsam canendi Troparia progredi. Canebantur nempe (imo & adhuc canuntur) in Ecclesia orientali certi canones, quos in Troparia triginta, & nonnunquam plura dividebant. Notanter autem ac consulto dico: nonnunquam plura; hac scilicet ratione *Magnum*, quem vocant Græci, *Canonem*, qui ducenta & quinquaginta complectebatur, excipiens. Antecedebat Troparium hymnus quidam, εἰσμός i. e. *series* à Græcis dictus, cujus quasi continuatio Troparium nostrum erat. Nam reliquorum, quæ ab eo (εἰσμῶ) ducuntur, Tropariorum versus tum demum numerosus & concinnus evadit, si vox Cantorum eo referatur ac convertatur, annotante *Svicero* in *Thesaura Græco-Latin.* sub voce *Troparium.* Vid. supra §. V.

Fuerunt itaque ejusdem continuatio. Quid εἰσμός?

XVI. Atque hoc ipsum sibi vult *descriptio εἰσμῶς series*, aut, ut alii vertere malunt, *Tractus*, quam invenies apud *Goar.* p. 434. Εἰσμός λέγεται, ὅτι καὶ Τάξιν πινὰ, καὶ συνθέσι, καὶ μελετήσια

για εἰρόμῳ & ἢ πλεκέμῳ & καὶ ἀρμολόμῳ & πρῶσι, *Tractus*
five Series dicitur, quod ordine quodam, & compositione, sua-
viq; cantu continuatus, contextus ac consinnatus procedat.
 Quodsi tamen forte hæc descriptio asserto meo,
 quod eo collineat, Troparia esse continuationes & εἰρμῶν,
 nondum eam, quam debebat, quamque equidem inten-
 do, fidem conciliare videatur; En! clariorem, imo claris-
 simam ei ex *Zonara* affundam lucem. Sic enim ille εἰρμόν
 definit: Εἰρμός λέγεται, ὡς ἀκολουθίαν τινὰ μέλους ἢ ἀρμονίας διδῶς
 τοῖς μετ' αὐτὸν ΤΡΟΠΑΡΙΟΙΣ. Πρὸς γὰρ τὸ ἔ εἰρμῶν μέλῳ
 καὶ κείνα ῥυθμίζονται, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀναφερόμενα, ἀρμολογῶνται πῆ καὶ
 ψάλλονται, καὶ τῇ ἀρμονίᾳ μελωδήματῳ ἐκεῖνος ἀκολουθεῖσιν, h. e.
Tractus vocatur, quod seriem quandam & connexionem, & or-
dinem cantus & consonantiae tribuat consequentibus post se
 ΤΡΟΠΑΡΙΙΣ. Nam ad cantum tractuum conformantur &
 attemperantur Troparia, & decantantur, non sine relatione ad
 birmos, quorum itidem sonum & melodiam imitantur. Et
 paulo post dicit laudatus *Zonaras*: Εἰρμός τε ὀνομάζεται, ὅτι
 συνείρει καὶ συμπλέκει ἑαυτῷ καὶ τὸ μέλῳ τὸ Τροπάριον, etiam
tractus nomen inde habet, quod contrahat & connectat sibi in
melodia Troparium.

XVII. Cani autem Troparia constitutum erat post
 horas. Videlicet varias canendi orandi; habebant Græ-
 ci, & adhuc obtinent, horas, quarum præcipuas, ad rem
 eo melius intelligendam & capiendam, ex *Annotation. Ge-*
org. Fehlavii ad Christoph. Angeli Enchirid. de statu hodiern.
Grac. p. m. 158. hic excerpere non incongruum erit. **PRI-**
MA igitur **DIEI HORA** canunt, quia principium diei
 est, illamq; repræsentat ac monstrat lucem, quam **DEVS**
 donavit, educens homines è tenebris, & in lucem vitæ
 æternæ ponens. **TERTIA**, quoniam tunc Spiritus S.
 descendit in Apostolos, illos illuminavit, ipsiq; suas mu-
 taverant linguas, ut proficiscerentur ad prædicandum
 Evan-

Cantantur Tro-
 paria post ho-
 ras. Horæ quid
 sint? Cantant
 ea fere memo-
 riter. Eorum
 Cantor ψάλτης
 κανονικός voca-
 tur; quo mune-
 re etiam pueros
 fungi Th. Smith
 testatur.

Evangelium omni populo. SEXTA, quia tunc temporis Christus in crucem sublatus est, ac usque ad nonam pependit, in qua spiritum suum Patri commendavit. NONA denique, quoniam illa expiravit Dominus vitæ. Quapropter eum, quod mortem sustinuerit, laudant, ac illos à morte, in qua Diabolus se detinuerit, eduxerit. Hæc *Fehlavius*. Canentes igitur Troparia, rarissime inter cantandum respiciunt, vel etiam habent Græci Librum istum, in quo continentur; sed communissima & verbis & cantu memoriæ tenaciter infigunt, sicq; quam felicissime absolvere solent. Præterea ille, cui Troparia canendi facultas data est, *Ψάλτης Κανονικός*, eorundemque Præcentor *Κανονάρχης* apud Græcos audit; quo etiam munere pueri interdum funguntur. Cum enim adulti Cantores & Præcentores singulos Tropariorum versus recitant, illi, ad alterutram chori partem hac & illac sese conferentes & vertentes (propterea enim dici Troparia, quoniam cantantes illa sese vertunt, supra §. V. annotatum est) pro ingenio, quod in eos cadit, juvenili, modulantur, referente teste *αυτόπτην ἢ αὐτηκόω* *Thoma Smith* l. cit.

Laudantur de incondita hodiernorum Græcorum Musica Christoph. Angeli, Zonaræ, Steph. Gerlachii apud Crus. in Turco-Græc. nec non Theoph. Wahr- mundi testimonia.

XVIII. Qualis autem & quænam sit Græcorum Musica, quæstio certe est omnino huc faciens. Cum enim multa de modulatione Troparii jam prælibaverimus, vix, credo, Benevolum Lectorem offendet, si de ipso modo & actu, quo voces inflectuntur, quædam annotemus. Christophorus Angelus, natione Græcus, in *Enchirid. de Statu hodiern. Græc. Edit. Fehlav. p. 143.* de illo refert: *Αἰδοῦν ἑλληνας ᾄσματα μὲν μεγάλης φωνῆς, καὶ ἕνεός πολλοῦ, ἢ μελωδικῶς, ὥστε αἰεὶ πᾶντας, canunt Græci voce magna & arida ut plurimum, & harmonice, ita, ut omnium aures penetrent. Ubi quilibet, vel me tacente, distinctionem ipsius, inter cantiones cum voce arida, h. e. sine arte, & μελωδικῶς, melodice & har-*

monice, h. e. cum arte institutas, animadvertit. Zonaras tamen omnem ἀσματος Græcorum adimit ornatum organicum, quando, quod fit, ὃ εἰ δι' ὀργάνων γίνεται, ἀλλὰ διὰ ζώου φωνῆς ἐναρμονίᾳ τῷ Θεῷ ἀδεται, quod Deo non per instrumenta canitur, sed viva voce modulando cantatur, describit. Nec falso. Notas enim ejusmodi, cujus generis apud nos usu receptæ sunt, Musicas non haberi, neque etiam cantum, quem vocant artis Musicae periti, figuralem florere apud Græcos; sed saltem Cantores in templis variata subinde voce, more utriculariorum nostrorum, præcinere, testis itidem αὐτῆς, Stephanus Gerlachius, in peculiari ad Crusium, quæ ipsius Turco-Græcia p. 197. inserta est, Epistola affirmat. Conf. etiam libellum Germanicum hoc ipso anno typis mandatum de Univerſa Religione Ruthenica, Autore Theophilo Wahrmando, p. m. 37. 66. & 67.

XIX. Neque minus evidens rusticæ & incultæ Græcorum Musices testimonium perhibet laudatus Thomas Smith, de ea sic judicans: *Exulantibus ceteris humanioribus artibus, quas pax & molle otium alunt, quibusq; maxime delectari solet ingenua libertas; in ista miserrima ac dura, quam serviunt (Græci) servitute, non est, quod expectes solam Musicam superesse, qua hic plane insuavis est, & absq; omni arte, in Epistol. citat. p. 145.* Quorsum hæc? ut pateat, vanas saltem & inanes Græculorum esse opiniones, sibi, quasi egregia plane, auresq; demulcens, ad Sirenum & Orphei instar, locum apud se fixisset Musica, persuadentium; utq; etiam quilibet exinde, quod, quemadmodum alia cantica, ita etiam Troparia omnino nostra, insuavi, ἀναρμόσιω eatenus, ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ἀρρῶσθαι proferantur sono, colligere possit. Nec obstat, quod cantus Tropariorum Moderator, sive Canonarcha apud Græcos, ad quem reliqui attente respiciunt, quemque sequuntur, post commata τροπαρίων è libro suggesta, quibusdam utatur gesticulationibus, ac variis ma-

De eadem confirmatio Thom. Smith. Variæ gesticulationes Cantoris Tropariorum.

nus dextræ motibus, erectis nimirum, depressis, extensis, contractis ac combinatis digitis diversas cantus figuras & vocum inflexiones characterum Musicorum vice designare allaboret; quæ ratione Troparia cani testatur *Goar. ad Evcholog. Græc. p. 435.* Tantum enim abest, ut concinnitatem aliquam hæc Musica ἄσματος nostro conciliet, ut potius istud dedecoret; utpote quæ purum putum barbarismum redolet, atque ex eo, si ita loqui decet, est confarcinata.

Exempla Tropariorum apud Græcos usitatorum ex Kromayero, Goaro & Card. Bona.

XX. Ad ipsa Troparia, prout jacent, pedem nunc proferemus. Nec enim possibile est, absque exemplis in vivum revocatis, quid ea sint, intelligere. Omnia autem Troparia proponere, non solum foret ἐκ τῶ ἀδωμάτων; verum etiam paucitas librorum, ex quibus excerpere teneretur, renititur. Vnde pauca tantum, quæ partim Commentarius *Goari ad Evchologium Græcum* aliiq; suppeditant, partim Latini ad imitationem Græcorum in officio psallendi ac disciplina Liturgica in Ecclesias suas introduxerunt, hic commemorare placet. Ad materiam igitur & argumentum Tropariorum quod attinet, tenendum est, Græcos illa tantum à rebus sacris capessere consuevisse; idque fecisse & facere tum publice, veluti hætenus visum; tum privatim: quandoquidem, referente *B. Kromayero Comment. in Apoc. p. 223.* usitatissima in Tropariis, quæ singuli è somno mane surgentes recitare jubentur, conclusio est: *Sanctus es Deus, propter Dei Genetricem miserere nostris!* *Goarus* autem hanc in *Evcholog.* præscriptam exhibet formulam p. 409. quam Θεοτόκιον appellat: Ἡ μόνη τῆ εἰρήνης πέλαγος, ἀγνή πλεστήσαι, ταῖς πρὸς Θεὸν προσευχαῖς σὺ αἰεὶ νοσημάτων καὶ θλίψεων τὸν σὸν οἰκέτην λύτρωσαι, ὅπως ἀπαύτως μεγαλύνῃ σε. O sola pura, quæ pacis pelago ditata es, jugibus tuis apud DEVM precibus à morbis & calamitatibus famulum tuum eripe, ut incessanter te magnificet. Quæ ad verba *Goar.*

Goar hæc annotat p. 435: *Ultimum odarum sive canticorum Troparion, pro suo in virginem Deiparam affectu verbis ipsius oda subjecto quadrantibus compositum, solent in ejus honorem Græci decantare. Sæpius autem in Officiis Ecclesiasticis contracta hac nota θ' depingitur. Sed & plura ad Deiparam Troparia ibidem memorantur, quæ in officio sancti olei à septem Sacerdotibus congregatis in Ecclesia aut in domo decantata fuere. Videatur Disputatio Venerandi DN. PRÆSIDIS de Euchelæo p. m. 28. seq.*

XXI. Hujusmodi igitur in honorem Deiparæ cantata sunt: *Ἐπίβλεψον ἐυδωῶς, μήτηρ θ' πάντων ποιητῆ, ἀνωθεν, ἢ πλωπικροῖν καί κωσιν λῦσον θ' νοσῶντων πρεσβείαις σου: Respice clementer, Mater Factoris omnium, de superis, & tuis intercessionibus infirmitatem amarant langventis hujus solve. Θεοτόκε ἀειπαύρθενε πολυαγία, σκέπη σέρρα καὶ φύλαξ, λιμὴν τε καὶ τειχῶν, κλίμαξ καὶ πωπύργιον, ἐλέησον, οἰκτιρον. Πρὸς σε γὰρ μόνην κατέφυγεν. Deipara, Virgo perpetuo sanctissima, portus θ' murus, scala θ' munimen; miserere, compatere; ad te namq. solam confugit (ægroto.) Πανύμνητε ἀγνή, ὑπεράγαθε δέσποινα, ἐλέησον τὸς τῷ θείῳ χειρομύσῳ ἐλαίῳ, ἢ σῶσον τὸν οἰκέτῳ σου. Pura celebranda, super omnes Domina benigna: oleo divino unctorum miserere, θ' famulum tuum salva. Πέφηνας ἐν τῷ Θεῷ σου ἱκῶ κατὰ καρπῶν, μήτηρ θ' κτίστῃ, ἐλαία δι' ἧς πλήρης ὠφθη κόσμῶν ἐλέησον, ὅθεν σῶζε, πρεσβειῶν ἐπαφῆ σου τὸν κάμνοντα. In Dei tui domo, oliva fructifera, o mater creatoris Dei, apparuisti, per quam misericordia orbis plenus factus est: serva igitur precum tuarum ope hunc ægroto.*

XXII. Hactenus Troparia ad Deiparam. Jam quoque ex eodem Autore alia subjungo, in honorem Christi *Θεοειδρώπῃ* quæ decantantur: *Ταχύς εἰς ἀντίληψιν μόνῳ ὑπαρχῶν χειρῶν, ταχῆσαν πλὴν ἀνωθεν δείξον ὀπίσκειν τοῖς πάχουσι δέλοις σου, λύτρωσαι νοσημάτων καὶ πικρῶν ἀληθδόνων. Ἐχειρον θ' ὑμνεῖν σε χὲρ δοξάζειν ἀπαύτως, πρεσβείαις τ' θεοτόκε, μόνε Φιλάνθρωπε. Chri-*

Christe, qui solus ad opem ferendam celer existis, citam è superis protectionem servis tuis exhibe; à morbis libera illos, & ab amaris langvoribus erige: ut te laudent, & irrequiete celebrent precibus Deipara, sole benigne. Τῆς ψυχῆς τὰ ὄμματα πεπηρωμένῳ, σοὶ, Χριστέ, προσέρχομαι ὡς ὁ τυφλὸς εἰς γεννητῆς, ἐν μετάνοιᾳ κροαζῶν σοι, ἰλάσθη μοῖνε ἡμῖν εὐδιάλλακτι. Oculis anima captus ad te Christe accedo, velut à nativitate cæcus, in pœnitentia ad te clamans: propitiare, qui solus facile reconciliaris. Τὴν ψυχὴν μου, Κύριε, ἐν ἀμαρτίαις παντοίας, καὶ ἀτόποις πρᾶξεσι δεινῶς ὠδύνην, ἐλυμένην, ἔγειρον τῇ θεϊκῇ σε ἰσχυρίᾳ, ὡς περ καὶ τὸν ὠδύνητον ἡγίως πάλα, ἵνα κροῶ σε σωσμένῳ, οὐκίρμον, δὲ μοι Χριστέ τιμῶν ἴασιν. Animam meam, Domine, omni peccatorum genere, & indecoris actibus graviter dissolutam, divina tua ope dirige, sicut paralyticum quondam erexisti: ut salvis te invocem, prabe mihi, misericors Christe, medelam.

III) Ad S. Jacobum.

XXIII. Addo etiam sequentia duo, in honorem S. Jacobi cantata, Troparia: ὡς ἔκ κερίας μαθητῆς διεδέξω τὸ εὐαγγέλιον, δίκαιε Ἰάκωβε, ὡς μάρτυς ἔχεις τὸ ἀπαράγραπτον, τιμὴν παρρησίαν, ὡς ἀδελφότητι, τὸ πρεσβεύειν ὡς ἱεράρχης, ἰκέτευε Χριστὸν τὸν Θεόν, σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. Ut Domini Discipulus suscepisti, o juste Jacobe, Evangelium, ut martyr coronam à nullo describendam consecutus es, ut frater Domini auctoritate polles, ut Pontifex jus intercedendi nactus es: interpella Christum Deum, Ἰπιδημήσας πρὸς ἡμᾶς ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, Ἰάκωβε θεσπέσιε, πρῶτόν σε ἀνέδειξε τῷ ἱεροσολύμων ποιμνίᾳ καὶ διδάσκαλον, καὶ πρῶτον εἰκονόμον, τῷ μυστηρίῳ τῷ πνευματικῶν. Ὅθεν σε πάντες τιμῶμεν, Ἀπόστολε. Verbum Patris unigenitus filius, ultimis temporibus ad nos adveniens, Jacobe venerande, primum te dedit Hierosolymorum Pastorem & Doctorem & divinorum Sacramentorum œconomum fidelem; hinc omnes te, Apostole, colimus. Sat prata biberunt ὠδύνημαλικά. Meminit tamen præterea multorum Tropariorum in Ecclesia Græca receptorum laudatus

tus Cardinalis Bona, Lib. cit. p. 552. usq; ad p. 554. quæ hic enumerare tædiosum forsân esset.

XXIV. Atque hæc, quæ posuimus, Græcorum Troparia Latinis, h. e. Pontificiis *Μαρολάτραις καὶ Ἁγιο-δύλοις* imitandi ansam, ut ea non solum in DEI PATRIS, FILII & SPIRITVS S. verum etiam Mariæ & Sanctorum honorem componere & decantare satagerent, præbuerunt. Hoc tamen discriminis Tropum inter & Troparium intercedit, ut hoc certis, sed proh! quam barbaris! (uti §. 19. annotatum ivi) gesticulationibus; ille vero absque ejusmodi gestu peragatur & absolvatur. Hinc supra §. 6. non sine causa dixi, quod certo respectu Tropum & Troparium unum & idem esse duxerim, addidiq; rationis punctum, quoniam ab uno verbo derivarentur. Instas, non procedere hanc illationem: Ab uno eodemque verbo descendunt hæc duo vocabula; E. etiam sunt idem. Nec omni sine specie. Multorum scilicet vocabulorum, ab uno tantum verbo oriundorum, diversa significandi ratio contrarium potius syadet & evincit. Sed bene habet. Responsio in promptu est. Si nempe derivationem tantum à loco Etymologiæ, & non simul ab ipsa re desumpsissem: utiqve haberet, quod me aliquis stringeret. Jam vero cum §. 5. disertissime ac evidentissime de Tropario, quod ita dicatur, quoniam *ιερευς πρὸς τὴν ὀμιλίαν ἀπέπηται*, Sacerdos ad populum vertatur, judicaverim: omnis, credo, dubitandi carpensive ratio exirabit.

XXV. Priusquam autem quosdam Ecclesiæ Latinæ Tropos, qui omnino ad illustrationem Tropariorum Græcæ Hierarchiæ multum conferunt, tribuunt, ac maximam illis affundunt lucem, subjicio, non possum, quin adhuc necessariam circa illorum ordinem & constitutionem aspergam observationem. Cantantur nempe non-

Tropariorum
Ecclesiæ Græcæ
& Troporum
Eccl. Latinæ
confinitas.

Horum institutio & exempla.
Pamelius eorum originem ex Num. X. 35 deducit.

nunquam immediatè ante Introitum, quasi quoddam præambulum aut continuatio ipsius Introitus, prout statim ex exemplis subjiciendis ad oculum patebit. Est autem *Introitus Antiphona*, qua à choro, dum Pontifex ad altare procedit, canitur, diciturque ita, quoniam per illum ad officium sanctum introitur, definiente Car. du Fresne Glossar. P. II. p. 101. Ita, ut ad paradigmata promissa veniamus, si in Festo Nativitatis Christi Tropus ille præcedit: *Ecce adest, de quo cecinere Propheta dicentes*; interrupto sequitur Introitus iste ordine: *Puer natus est nobis, Puer datus est nobis &c.* ex Esai. c. IX. 6. Superstitiosum vero est, quod Pamelius *Liturgicorum Tom. II.* tradit, Tropum habere originem à Lege: legi enim Num. X. 35. quod, dum elevaretur, arca foederis, cantatum sit: *Exurge Domine*; cum vero deportaretur: *Revertere, Domine, ad multitudinem exercitus*, cantatum sit. v. 36.

Plura exempla
Troporum Latinorum.

XXVI. Addo etiam præcedenti Nativitatis Tropo illos, quos citatus Cardinalis Rerum Liturg. L. II. c. III. p. 313. & 314. habet, sequentes:

In die Pentecostes.

Hodie Spiritus S. gratia repleantur corda nostra, dicite Eja. Hactenus Tropus; sequitur nunc Introitus: *Spiritus Domini missus à sede Patris, replevit orbem terrarum Alleluja, igneis linguis. Et hoc quod continet, Penetralia intuenso, omnia. Omnipotentia Patri ac Filio equalis. Scientiam habet vocis. Quod dies testatur presens fidelibus & incredulis. Alleluja, Alleluja, Alleluja.* Non solum autem soluta oratione compositos Tropos canunt Papicolæ; verum etiam ligata, quales (in quibus non ante, sed post Introitum Tropus est positus) sunt isti:

In Festo Stephani.

Etenim sederunt Principes, & adversus me loquebantur. Nulli unquam nocui, neque legum jura respondi. Et iniqui persecuti sunt

sunt me. **CHRISTE**, tuus fueram quia tantum rite minister. *Adjuva me Domine. Ne tuus in dubio frangar certamine miles. Quia servus tuus exercebatur in justificationibus tuis.* Sequuntur nunc iterum alii, in quibus Tropus Introitus prævalet, qui cani soliti sunt

Dominica Palmarum.

Israël egregius Psalter clarusq; Poëta sic quondam Christo David cantaverat alto: *Domine, ne longe facias miserationes tuas à me, sed celerem mihi confer opem, Rex inclyte cœli. Ad defensionem meam aspice, libera me de ore leonis, Qui cupit insontem morsu lacerare ferino, & à cornibus unicornium humilitatem meam.* His tropis ad introitum iunge plures alios ad Kyrie Eleison, quod interpolant. l. cit. pag. 316. & seqv.

XXVII. Sed hæc hæctenus. Restat, ut absolutis difficilioribus, nunc de Græcorum fine, cur nempe Troparia canant, paucis agamus. Videlicet ob duplicem potissimum Troparia cantant Græci scopum. Primus est Canticorum ritualium accurata & ordinata connexio, ex parte cordatiorum maxime observata. Neque enim illos, credo, Trullanæ Synodi Patrum Canon 75. latet, ita præcipiens: πάντες τῆς Ἰπὶ τὸ ψάλλειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἁγιονομῶν, βελόμεθα, μήτε βοαῖς ἀτάκτοις κερηῆσαι καὶ τὴν φύσιν τοῦ κερυγῆν ἐκβιάζεσθαι, μήτε ἰπιλέγειν ἢ μὴ τῆ ἐκκλησίας ῥυθμῶν καὶ οἰκείων. Ἀλλὰ μὲν πολλῆς προσοχῆς καὶ κατανύξεως ταῖς ψαλμοῦ διασώζειν τῶν κρυπτῶν ἐφόρων Θεῶ. *Omnes, qui in Ecclesiis ad psallendum accedunt, volumus, nec inordinatis vociferationibus uti, & naturam ad clamorem urgere; nec aliquid eorum, quæ Ecclesia non conveniunt & apta non sunt, asciscere: sed cum magna attentione & compunctione psalmodia Deo, qui est oculorum inspector, offerre; apud Bevereg. in Synodico p. 245. De eadem connexionione tenendum, quod supra observabamus, libros*

Fines Tropariorum Græcorum præcipui

bro notis Musicis exaratos inter cantandum Græcos rarissime conspicerere, aut etiam habere; communesq; ideo & verbis & cantu memoriæ tenaciter infigere hymnos, ad quorum normam alios, pari syllabarum numero constantes, inflectant; quorum ideo primordia canticis aliis inscribant, ut ad eorum regulam sequentes indicent esse decantandos. Sic in Evchologio pag. 409. Troparium ternis hymni versibus parisyllabum ponitur; hymni autem inscriptio est *ἑλλάσσης τὸ ἐρυθραῖον πέλαγ*. *Secundus* est non solius Dei, sed etiam Mariæ *Θεοτόκης* & Sanctorum invocatio. Illud ex superius allato Troparii exemplo §. 20. liquet, quod *Θεοτόκιον* appellare amant; hoc vero proprium ipsorum Evchologium hisce testatur verbis: *Ἐὶ Ἁγία μνήμη ἐστὶ μεγάλα, τὸ τροπάριον αὐτῆς ἐκ δευτέρου ψάλλεται.* *Si Sancti alicujus magnè celebratur memoria, Troparium ipsius bis canitur, p. 6. N. 47.*

Vsus totius hujus de Tropariis Græcorum Traditionis I. HISTORICVS.

XXVIII. Enimvero aurem mihi vellicat Cassianum illud, apud Ciceronem: *CVI BONO?* Fallor, an à quibusdam mihi objicitur, quemnam in usum Excitationem hancce ex Liturgia Græca in humeros meos receperim? Equidem, non deesse puto, qui exprobraturi & explosuri hunc meum laborem, dicant, operam & oleum me perdidisse, utpote de materia agentem, quæ Theologo parum proficua esse possit. Hi in vana versantur opinione, quasi Græci eorumque ritus Liturgici prorsus ad nos non pertineant; sed potius ex limitibus & scholis Christianorum, tanquam superstitiosi, penitus sint exterminandi. Sed bona verba, quæso. Quid enim vetat, quo minus, apicularum more, vel ex infectis quibusdam herbis dulcissimum mel sugamus? Redundat nempe ex hac Traditione ad nos Vsus I. HISTORICVS, ut miserandum prorsus Græcorum hodiernorum statum, desendamq; eorum-

eorundem, quam serviunt, servitutem, nobis familiarem reddamus. In tanta miseri non solum corporis, sed & animæ versantur calamitate, ut caudex sit, qui eorum non misereatur. Namque, ut durissimum, quod ipsorum collis ab infensissimo Christiani nominis hoste impositum est, jugum, quo teterrime ad fluctuum marinorum instar circumvolutantur, quo ramorum à ventis concussorum more agitantur, atque stupendam argenti summam quotannis persolvere coguntur, vid. *Metroph. Critopulæ Confess. à Joh. Hornejo versam & editam, non procul à fine, sicco præteream pede*: nonne hoc dolendum est, quod spiritalis ipsorum oculis obductus sit callus, quo plerique illorum ad veram Evangelii lucem non attendant; sed detestanda Sanctorum invocatione se inquinant?

XXIX. Atque hinc ex Disquisitione præsentis secundus profuit usus, nempe **ELENCTICVS**. Neutiquam enim inficias eundem est, ritum hunc Troparia canendi eatenus omnium minime probari posse, quatenus *ἁγιολατρεία* & *μαριολατρεία* redolet. Quapropter supra §. 10. non sine ratione Troparium definivi, quod sit versiculus, qui non solum ad Dei, sed etiam (& prout *Hofmannum in Lexico Univ. f. h. v.* asserere nullus dubitat, ut plurimum) Sanctorum & Mariæ invocationem instituatur. Mirum certe est, quanta natio Græca religione prosequatur & colat Deiparam Virginem. Præter tot enim Ecclesias, sub ejus nomine & patrocinio erectas, nulla est, in qua peculiarem sibi locum non vendicet, raraque sit, in qua in Tabulato ante *Βῆμα* depicta non conspiciatur. Sic etiam nulla ad Deum preces funduntur, in quibus illius commemoratio sæpius non inculcetur. Et licet in alios quoque canon, quem vocant, concinnatus sit; cujusque tamen oda Troparium extremum Virginis laudes recenset, aut ejus auxilium invocet, inquit **LEO ALLATIVS** de *Eccles. Orient. & Occid. perpet. Consens. L. III. c. 9. n. 4. p. 1046.* qui & addit, facile illum, qui

II. ELENCTICVS. De Tropariis Hagiolatricis Hofmanni, de MariolatRIA vero Græcorum Leonis Allatii & Christoph. Angeli testimonia.

qui eorum officiis præsens sit, illaque audiat, nec abs re putare, *Græcos orandi nescios esse, nisi B. Virginis patrocinium sollicitent*; tandemq; *Ἰννοκενίου* suam pro stabiliendo communi suorum errore affert, dicens: *Et merito; Ab ea siquidem & salutis propugnationem & facultatem agnoscunt, & sua pietatis (dixerim ego impietatis) magnos percipiunt fructus.* Idem ferè fatetur *Metroph. Critopulus l. c. p. m. 130.* Quin imo tanta religiosi cultus devotione eam prosequuntur Græci, ut vel in ipsamet Eucharistia panem, quem vocant, Sacrum ei dedicent, quæ de re legendi *CHRISTOPH. ANGELVS lib. cit. p. m. 163. & SYST. GOTHAN. H. E. lib. 2. p. m. 706.*

Cantatoribus
Tropariorum
ἀνολατρικῶν de-
ficiunt requisita
veræ invocacionis.

XXX. Sed male sibi conciliantur superstitiosi Græculi, eorumq; *μυμηταί*, eo, quod ob hanc Mariæ & Sanctorum invocationem idololatriæ alicujus crassæ sint rei. Deus enim unus est, qui à nobis vult invocari, & gloriam suam non Mariæ, non Sanctis dedit. Non Maria, non Sancti; sed Deus est, qui dicit: *Invoca me in die tribulationis.* Ps. L. 15. Rectissime proinde in scholis Orthodoxorum requisita orationis rite instituendæ constituuntur tria; Primo, *ut solus Deus invocetur*, secundum præceptum Christi Matth. IV. v. 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli (quo verbo Maria & omnes Sancti excluduntur) servies.* Evolvatur etiam locus *Deuteron. VI. 13.* Et per os Prophetæ Esaiæ *ὁ Τερισμέγιστος* effatur: *Gloriam meam alteri non dabo, c. 42. v. 8.* Secundo, *ut Deus invocetur in Nomine J. C.* prout ipse testatur: *Si quid, inqviens, petieritis in nomine meo, hoc faciam.* Joh. XIV. 14. Adde etiam c. XVI. v. 23. Tertio denique *fides* nostra, quæ certo promissionis verbo nititur, requiritur. Jam igitur, si ad hæc orationis legitime formandæ *κρητήρια*, ceu trutinam, *Troparia Græcorum* examinare lubeat, facili videbimus negotio, utrum sint improbanda, an probanda? Equidem non improbare audeo illa *Tropariorum* genera, quæ in honorem Dei Patris, Filii & Speri-

Spiritus S. forte suscipiuntur. Utiqve tamen illa, quæ ab hac præscripta orandi regula deflectunt, ac in honorem Sanctorum recitantur, repudio.

XXXI. Namqve ubi I.) solum Deum debebant invocare Græci, & illum gloria sua, quam sibi soli tribuit, non defraudare; contrarium faciunt; Sanctos, de quibus suppliciter invocandis nullum plane in Scripturis habent præceptum, religioso cultu prosequuntur, Deoq; honorem furantur. Deinde, ubi Jehovam in nomine Christi invocare fas est, illi Mariam ac Sanctos itidem substituunt, ut pro ipsis intercessione valida defungantur. Sed vah ipsorum spirituales cœcitates! Certe

Refutantur ex istis Græci, & in partes articulus XXI. Aug. Confess. asciscitur.

*Nescit nos Tharides, neq; curat vulnera nostra
Mortuus Isacides. Rex altipotentis Olympi,
Tu Sator es noster, Servator, tuq; Redemptor:
Augustum hoc tribuit nomen Tibi cana vetustas.*

Vt cum Esaia loquar, c. LXIV. 16. Quod autem III.) ad fidem eorum attinet, facile quilibet colligere potest, illam (perinde, ac duobus anterioribus requisitis carent) minime recte esse comparatam, sed à vero scopo declinare. Extra Christum enim non est recta fides, neqve etiam salus. Vid. *Artic. XXI. A. C. p. m. 30. & ejusdem Apolog. de Invocat. Sanct. p. 206.*

XXXII. Accedit, quod ne quidem cum attentione & intelligentia cultum isthunc suum peragant. *Ἀναγνώσκουσιν* *μὴ, ἀλλ' ἔγνωσαν*, legunt quidem, sed non intelligunt, non solum ex vulgo plurimi; verum etiam Sacerdotes & Monachi, qui bonam religionis partem in harum cantorum & precum recitatione ponunt, teste Chytræo apud HILDEBRANDVM in *Ritual. Orant. c. 4. p. m. 73.* Quorsum hæc? Ut dispalescat, duplex Græcos, dum defunctorum Sanctorum opem in Tropariis invocant, committere peccatum. Deum enim, omnis boni scaturiginem vivam, mali-

Chytræi testimonium de crassa ignorantia illorum, quæ Troparia cantant.

qui eorum officiis præsens sit, illaque audiat, nec abs re putare, *Græcos orandi nescios esse, nisi B. Virginis patrocinium sollicitent*; tandemq; *Ἰννοκετίου* suam pro stabiliendo communi suorum errore affert, dicens: *Et merito; Ab ea siquidem & salutis propugnationem & facultatem agnoscunt, & suæ pietatis (dixerim ego impietatis) magnos percipiunt fructus.* Idem ferè fatetur *Metroph. Critopulus l. c. p. m. 130.* Quinimo tanta religiosi cultus devotione eam prosequuntur Græci, ut vel in ipsamet Eucharistia panem, quem vocant, Sacrum ei dedicent, quæ de re legendi *CHRISTOPH. ANGELVS lib. cit. p. m. 163. & SYST. GOTHAN. H. E. lib. 2. p. m. 706.*

XXX. Sed male sibi conciliantur superstitiosi Græculi, eorumq; *μυμηταί*, eo, quod ob hanc Mariæ & Sanctorum invocationem idololatriæ alicujus crassæ sint rei. Deus enim unus est, qui à nobis vult invocari, & gloriam suam non Mariæ, non Sanctis dedit. Non Maria, non Sancti; sed Deus est, qui dicit: *Invoca me in die tribulationis. Ps. L. 15.* Rectissime proinde in scholis Orthodoxorum requisita orationis rite instituendæ constituuntur tria; Primo, *ut solus Deus invocetur*, secundum præceptum Christi *Matth. IV. v. 10. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli (quo verbo Maria & omnes Sancti excluduntur) servies.* Evolvatur etiam locus *Deuteron. VI. 13.* Et per os Prophetæ *Esaïæ ὁ Τερισμέγιστος* effatur: *Gloriam meam alteri non dabo, c. 42. v. 8.* Secundo, *ut Deus invocetur in Nomine J. C.* prout ipse testatur: *Si quid, inqviens, petieritis in nomine meo, hoc faciam. Joh. XIV. 14.* Adde etiam *c. XVI. v. 23.* Tertio denique fides nostra, quæ certo promissionis verbo nititur, requiritur. Jam igitur, si ad hæc orationis legitime formandæ *κερίτηρια*, ceu trutinam, *Troparia Græcorum* examinare lubeat, facili videbimus negotio, utrum sint improbanda, an probanda? Equidem non improbare audeo illa *Tropariorum* genera, quæ in honorem Dei Patris, Filii & Spiri-

Cantatoribus
Tropariorum
ἀπολατρικῶν de-
ficiunt requisita
veræ invocac-
tionis.

Spiritus S. forte suscipiuntur. Utique tamen illa, quæ ab hac præscripta orandi regula deflectunt, ac in honorem Sanctorum recitantur, repudio.

XXXI. Namque ubi I.) solum Deum debebant invocare Græci, & illum gloria sua, quam sibi soli tribuit, non defraudare; contrarium faciunt; Sanctos, de quibus suppliciter invocandis nullum plane in Scripturis habent præceptum, religioso cultu prosequuntur, Deoque honorem furantur. Deinde, ubi Jehovah in nomine Christi invocare fas est, illi Mariam ac Sanctos itidem substituunt, ut pro ipsis intercessione valida defungantur. Sed vah ipsorum spirituales cœcitates! Certe

Refutantur ex-
istis Græci, & in
partes articulus
XXI. Aug. Con-
fess. asciscitur,

*Nescit nos Tharides, neque curat vulnera nostra
Mortuus Isacides. Rex altipotentis Olympi,
Tu Sator es noster, Servator, tuque Redemptor:
Augustum hoc tribuit nomen Tibi cana vetustas.*

Vt cum Esaia loquar, c. LXIV. 16. Quod autem III.) ad fidem eorum attinet, facile quilibet colligere potest, illam (perinde, ac duobus anterioribus requisitis carent) minime recte esse comparatam, sed à vero scopo declinare. Extra Christum enim non est recta fides, neque etiam salus. Vid. *Artic. XXI. A. C. p. m. 30. & ejusdem Apolog. de Invocat. Sanct. p. 206.*

XXXII. Accedit, quod nequidem cum attentione & intelligentia cultum isthunc suum peragant. *Ἀναγνώσκουσιν* *μὴ, αὐτὸν ἰσχυρόν*, legunt quidem, sed non intelligunt, non solum ex vulgo plurimi; verum etiam Sacerdotes & Monachi, qui bonam religionis partem in harum cantorum & precum recitatione ponunt, teste *Chytræo* apud *HILDEBRANDVM in Ritual. Orant. c. 4. p. m. 73.* Quorsum hæc? Ut dispalescat, duplex Græcos, dum defunctorum Sanctorum opem in Tropariis invocant, committere peccatum. Deum enim, omnis boni scaturiginem vivam, mali-

Chytræi testi-
monium de
crassa ignoran-
tia illorum, quæ
Troparia can-
tant.

tiōse deserunt, & sibi passim imperfectos, rimasq; habentes exsculpunt fontes, qui aqua non abundant, ut Jeremiæ c. II. 13. censura utar: Deinde, non mirum esse, quod preces eorum, utpote superstitiosæ, non penetrent: Rogant enim quidem Deum eatenus, eiqve supplicant, sed nihil accipiunt, eò, quod male rogent, Jacob. IV. 3.

Vfus III. LITVRGICO-PRACTICVS, cum adhortatione Paulina ad λατρείαν λογικὴν, qua Troparia sæpius destituuntur.

XXXIII. Emergit tandem ex hac Tropariorum perlustratione III. Vfus LITVRGICO-PRACTICVS. In ea fane heu! temporum vitia incidimus, ut pauci Liturgiam suam h. e. cultum divinum cum attentione & intelligentia ministrent; sed plures tepido, si non plane frigido pectore, in eundem incumbant. Dantur enim hypocritæ, qui quidem externis moribus devotissimi videntur, sacra frequentant, cantionibus Ecclesiasticis defunguntur, concionesq; Ministri Dei audiunt; sed quo animo illud faciant, vita subsequens testatum facit. Profecto ἀσέβειας extremam hæc talia olent, aculeumq; sub sanctitatis externæ tropario venenatum recondunt; tantum abest, ut vel micam intemeratæ εὐσεβείας arguere possint. Quodsi vero statas suas preces vel vulgus Græcorum tam sancte observat, cultuiq; suo, bonam partem superstitioso, tanto cum ardore invigilat; et qui, amabo, vacare vero nostro cultui nos decebit? Ecquæ cum devotione hunc peragere? Quod utinam is, qui orat, etiam subinde attenderet, ut illud, quod loquitur, etiam cor noverit! Citharædo equidem hujusmodi orantes comparaverim. Quemadmodum enim ille eo intendere debet sonum, non ut sit inconditus, sed ut sensum canentis quodammodo exprimat, & affectus in animis audientium excitet; quod si non fiat, molestus potius aurium rasor est, quam Musicus: Ita etiam lingua, ea, quæ loquitur, non intelligens, garrulum potius facit, quam sermonem discretum, Deoq; inimicissima est, quippe quem neq; delectat, neqve homini prodest; quo etiam simili gentium

Apostolus utitur, 1. Corinth. XIV. 7. Proinde ne, obsecro, plerorumque Græculorum ad instar, qui, ut Nonnæ psalterium, Troparia consveta recitant, nesciunt verò quid in iis rogent, nos geramus. Quin potius Paulinæ convenienter normæ nos componentes ac applicantes, nostras preces ne deblateremus, sed Deo nostro *λατρείαν λογικὴν*, h. e. rationalem cultum offeramus, Rom. XII. 1. ne, absente hoc, oratio nostra fumo igne, & nubibus aquâ carentibus, similis evadat.

XXIV. Atq; hæc sunt, Lector Venerande, quæ in qualiscunq; Speciminis Historico-Theologici gratiam de TROPARIIS ECCLESIAE GRÆCÆ colligere juvit; utq; ea in meliorem interpreteris partem, summoperè contendo. Bona fide omnia ex celebratis Autoribus congesti, non quasi singularia & vulgò incognita esse putarem. Verum, cum nemo, quod equidem sciam, adhuc peculiarem huic raræ admodum veritatem materiam, ego *μικρὰ πινὰ τεμάχια*, quæ passim sparsa legi, in exiguum angustumque redegi, Tibiq; inter se collata & in meliorem ordinem redacta exhibui. Feci, quod potui; nec poenitet facti. Attamen

Totius de Tropariis Disputationis clausula.

-- -- Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti, si non, his utere mecum.

Non enim pigebit me, sicubi hæsito, quærere; sicubi erro, discere. Proinde, quisquis hæc legit, ubi pariter certus est, pergat mecum; ubi pariter hæsitat, quærat mecum; ubi errorem suum agnoscit, redeat ad me; ubi meum, revocet me: cum Augustini voce Dissertationis hujus meæ filum abrumpo, JESUQUE Sospitatori meo æternas dico

GRATIAS!

Ε Π Ι Μ Ε Τ Ρ Α.

- I. Non deest Christo etiam in medio Græciæ vera Ecclesia, sive præter Maronitas alios impuriore, sive puriores Græcos, quos nonnulli vocant, intellexeris. *Contra Pontificios, eos tantum ad veram Ecclesiam referentes, qui Pontificem Rom. pro capite agnoscunt.*
- II. Regimen Ecclesiæ non est Monarchicum. *Contra eosdem.*
- III. Sapientia H. N. Christi communicata non est finita; nec secundum eandem profecit. *Contra Calvinianos.*
- IV. Christus est Redemptor noster non exemplo, non testimonio, nec martyrio; sed merito. *Contra Socinianos.*
- V. Ex reali unione & communionem panis Eucharistici cum ipsa corporis Christi substantia immanis & detestanda idololatria Pontificia ortum non habet. *Contra Arminianos.*
- VI. Sanctitas inhærens renatorum ad summum perfectionis gradum hac in vita non pertingit. Manet enim tantummodo sanctitas inchoata. Falsum proinde est, renatos quia justitiam & sanctitatem hanc esse tam sanctos, ut sanctiores fieri nequeant, ut legem Dei servare possint, utque proximum à sanctitate beatorum obtineant gradum. *Contra Anabaptistas.*

VII. Se-

- VII. Separatismus & Absolutismus ejusmodi, quo soli vere fideles sint membra Ecclesiae visibilis, hac in vita frustra speratur aut affectatur. *Contra Labadistas.*
- VIII. Non est sinceræ charitatis, nullam habere religionis professionem, adeoque cum nemine supra religionis negotio contendere. *Contra Neutralistas, Scpticos, Familistas & Sectatores H. Nicolai.*
- IX. Hominem in actu contemplationis nihil agere, ita, ut Deus ametur ab ipso, licet Deum non noverit, falsum est. *Contra Quietistas.*
- X. Proprietas quidem, sed & imperfectio hominis (ad divini adventus ac præsentiæ gradus minus applicabilis) est, advenire illuc realiter, unde hætenus absens fueris. *Contra Quosdam.*

Errata typica: Pag. 3. & 4. pro amœbea, leg. amœbæa. Pag. 5. pro νέεωκε, leg. νέευκε. Pag. ead. pro λόγονται, leg. λέγονται. Pag. 6. pro diminutivam, leg. deminutivam. Pag. 8. pro l. II. leg. lib. II. Pag. 16. pro σόν, leg. σόν.

Qui sint versiculi, Sanctorum Græcia cultrix
 Quos canat alternis irrequieta modis;
 Quos blaterent omnes ante alpha & Beta puelli;
 Quæis resonent festis barbara templa choris;
 Dum Schediasma tuum docto, charissime fili,
 Sistere vult orbi, propositum ipse probo.
 Mutua quid prodest crepuisse Troparia vulgo,
 Tabificos edit si sine mente sonos?
 Qui se non audit, Deus haud exaudiet illum;
 Ferre Deo cultum cum ratione decet.
 Hos igitur versus, hæc responsoria laudo,
 Græcia Trinuni quæ modulata Deo est.
 Angelicæ in terris sunt hæc imitamina vitæ,
 In cœtu si quis publica vota facit;
 Si quis ter sanctum psallendo Numen adorat,
 Si quis amœbeum solvit in ora metrum.
 Sed si cœlitibus præter venerabile Numen
 Sanctis thura adolet religiosa precum;
 Seu reboet versus, seu responsoria mussat;
 Hunc merito fontem pagina vestra notat.
 Grator ego hos ausus, optans (Deus impleat omen!)
 Mox recinas sacra Pastor in æde Tropos!
 Perge, uti cœpisti; nec Aristarchi indue mores,
 Sed mage Aristotelis nomen & omen habe.

Hoc voto paterno filium suum natu minimum, adeoq; τειφι-
 πωτι, sub præsidio Γαμβρῆ τῆ Κηδύς DE TROPARIIS ECCL.
 GRÆCÆ publice disputantem prosequitur

M. MICHAEL Stemler / Pastor ac Superin-
 tendens Neost. ad Orlam. Ann. ætat. 71. conjug.
 non mut. 46. Minister. 48. & inter hos Ephor. 30.

oli vere fideles sine membra
affectatur. *Contra Labadistas,*
onis professionem, adeoque
e. *Contra Neutralistas, Sce-*

Deus ametur ab ipso, licet
vini adventus ac presentiae
ter, unde haecenus absens

q. pro *τινικα*, leg. *τινικα*.
inucivam, leg. deminuti-
σιν.

li;
ris;

omen!)

res,
be.
imum, adeoq; *τεσφια*-
TROPARIIS ECCL.

qvitur
astor ac Superin-
atat. 71. conjug.
ter hos Ephor. 30.

- VII. Separatismus & Absolutismus ejusmodi, quo soli vere fideles sint membra Ecclesiae visibilis, hac in vita frustra speratur aut affectatur. *Contra Labadistas.*
- VIII. Non est sinceræ charitatis, nullam habere religionis professionem, adeoque cum nemine supra religionis negotio contendere. *Contra Neutralistas, Scepticos, Familistas & Sectatores H. Nicolai.*
- IX. Hominem in actu contemplationis nihil agere, ita, ut Deus ametur ab ipso, licet Deum non noverit, falsum est. *Contra Quietistas.*
- X. Proprietas quidem, sed & imperfectio hominis (ad divini adventus ac præsentiæ gradus minus applicabilis) est, advenire illuc realiter, unde hactenus absens fueris. *Contra Quosdam.*

Errata typica: Pag. 3. & 4. pro ἀμῶβεια, leg. ἀμῶβῆα. Pag. 5. pro νέεωκε, leg. νέευκε. Pag. ead. pro λόγονται, leg. λέγονται. Pag. 6. pro diminutivam, leg. deminutivam. Pag. 8. pro I. II. leg. lib. II. Pag. 16. pro σῶν, leg. σόν.

Qui sint verjiculi, Sanctorum Græcia cultrix
 Quos canat alternis irrequieta modis;
 Quos blaterent omnes ante alpha & Beta puelli;
 Quæis resonent festis barbara templa choris;
 Dum Schediasma tuum docto, charissime fili,
 Sistere vult orbi, propositum ipse probo.
 Mutua quid prodest crepuisse Troparia vulgo,
 Tabificos edit si sine mente sonos?
 Qui se non audit, Deus haud exaudiet illum;
 Ferre Deo cultum cum ratione decet.
 Hos igitur versus, hæc responsoria laudo,
 Græcia Trinuni quæ modulata Deo est.
 Angelicæ in terris sunt hæc imitamina vitæ,
 In cœtu si quis publica vota facit;
 Si quis ter sanctum psallendo Numen adorat,
 Si quis amœbeum solvit in ora metrum.
 Sed si cœlitibus præter venerabile Numen
 Sanctis thura adolet relligiosa precum;
 Seu reboet versus, seu responsoria mussat;
 Hunc merito fontem pagina vestra notat.
 Grator ego bos ausus, optans (Deus impleat omen!)
 Mox recinas sacra Pastor in æde Tropos!
 Perge, uti cœpisti; nec Aristarchi indue mores,
 Sed mage Aristotelis nomen & omen habe.

Hoc voto paterno filium suum natu minimum, ad eiq; τειφιλά-
 πωτων, sub præsidio Γαμῶς τῆς Κηδύς DE TROPARIIS ECCL.
 GRÆCÆ publice disputantem prosequitur

M. MICHAEL Stemler / Pastor ac Superin-
 tendens Neost. ad Orlam. Ann. ætat. 71. conjug.
 non mut. 46. Minister. 48. & inter hos Ephor. 30.

foli vere fideles sint membra
r affectatur. Contra Labadistas,
ionis professionem, adeoque
e. Contra Neutralistas, Sce-

ur Deus ametur ab ipso, licet
vini adventus ac presentiae
iter, unde haecenus absens

q. pro *reversus*, leg. *reversus*.
inutivam, leg. deminuti-

elli;
oris;

t.
omen!)
s!
res,
abe.
imum, adeoq; *respha-*
TROPARIIS ECCL.
qvitur
astor ac Superin-
etat. 71. conjug.
ter hos Ephor. 30.

- VII. Separatismus & Absolutismus ejusmodi, quo soli vere fideles sint membra Ecclesiae visibilis, hac in vita frustra speratur aut affectatur. *Contra Labadistas.*
- VIII. Non est sinceræ charitatis, nullam habere religionis professionem, adeoque cum nemine supra religionis negotio contendere. *Contra Neutralistas, Scepticos, Familistas & Sectatores H. Nicolai.*
- IX. Hominem in actu contemplationis nihil agere, ita, ut Deus ametur ab ipso, licet Deum non noverit, falsum est. *Contra Quietistas.*
- X. Proprietas quidem, sed & imperfectio hominis (ad divini adventus ac præsentiæ gradus minus applicabilis) est, advenire illuc realiter, unde hactenus absens fueris. *Contra Quosdam.*

Errata typica: Pag. 3. & 4. pro amœbea, leg. amœbæa. Pag. 5. pro νέεσκε, leg. νέεσκεα. Pag. ead. pro λόγονται, leg. λέγονται. Pag. 6. pro diminutivam, leg. deminutivam. Pag. 8. pro l. II. leg. lib. II. Pag. 16. pro σάν, leg. σάν.

Qui sint versiculi, Sanctorum Græcia cultrix
 Quos canat alternis irrequieta modis;
 Quos blaterent omnes ante alpha & Beta puelli;
 Queis resonent festis barbara templa choris;
 Dum Schediasma tuum docto, charissime fili,
 Sistere vult orbi, propositum ipse probo.
 Mutua quid prodest crepuisse Troparia vulgo,
 Tabificos edit si sine mente sonos?
 Qui se non audit, Deus haud exaudiet illum;
 Ferre Deo cultum cum ratione decet.
 Hos igitur versus, hæc responsoria laudo,
 Græcia Trinuni quæ modulata Deo est.
 Angelicæ in terris sunt hæc imitamina vitæ,
 In cœtu si quis publica vota facit;
 Si quis ter sanctum psallendo Numen adorat,
 Si quis amœbeum solvit in ora metrum.
 Sed si cœlitibus præter venerabile Numen
 Sanctis thura adolet relligiosa precum;
 Seu reboet versus, seu responsoria mussat;
 Hunc merito fontem pagina vestra notat.
 Grator ego bos ausus, optans (Deus impleat omen!)
 Mox recinas sacra Pastor in æde Tropos!
 Perge, uti cœpisti; nec Aristarchi indue mores,
 Sed mage Aristotelis nomen & omen habe.

Hoc voto paterno filium suum natu minimum, adeoq; τειφι-
 πωτον, sub præsidio Γαμβερ τῆς Κηδύσης DE TROPARIIS ECCL.
 GRÆCÆ publice disputantem prosequitur

M. MICHAEL Stemler / Pastor ac Superin-
 tendens Neost. ad Orlam. Ann. ætat. 71. conjug.
 non mut. 46. Minister. 48. & inter hos Ephor. 30.

foli vere fideles sint membra
et affectatur. *Contra Labadistas,*
ionis professionem, adeoque
re. *Contra Neutralistas, Sce-*

ur Deus ametur ab ipso, licet
vini adventus ac presentiae
iter, unde haecenus absens

q. pro *reversus*, leg. *reversus*.
minutivam, leg. deminuti-

elli;
oris;

t.
omen!)
s!
res,
abe.
imum, adeoq; *respha-*
TROPARIIS ECCL.
quatur
astor ac Superin-
etate. 71. conjug.
ter hos Ephor. 30.

- VII. Separatismus & Absolutismus ejusmodi, quo soli vere fideles sint membra Ecclesiae visibilis, hac in vita frustra speratur aut affectatur. *Contra Labadistas.*
- VIII. Non est sinceræ charitatis, nullam habere religionis professionem, adeoque cum nemine supra religionis negotio contendere. *Contra Neutralistas, Scpticos, Familistas & Sectatores H. Nicolai.*
- IX. Hominem in actu contemplationis nihil agere, ita, ut Deus ametur ab ipso, licet Deum non noverit, falsum est. *Contra Quietistas.*
- X. Proprietas quidem, sed & imperfectio hominis (ad divini adventus ac præsentiæ gradus minus applicabilis) est, advenire illuc realiter, unde hætenus absens fueris. *Contra Quosdam.*

Errata typica: Pag. 3. & 4. pro amœbea, leg. amœbæa. Pag. 5. pro νέεωκε, leg. νέεουκε. Pag. ead. pro λόγονται, leg. λέγονται. Pag. 6. pro diminutivam, leg. deminutivam. Pag. 8. pro l. II. leg. lib. II. Pag. 16. pro σόν, leg. σόν.

Qui sint verpuli, Sanctorum Græcia cultrix
 Quos canat alternis irrequieta modis;
 Quos blaterent omnes ante alpha & Beta puelli;
 Queis resonent festis barbara templa choris;
 Dum Schediasma tuum docto, charissime fili,
 Sistere vult orbi, propositum ipse probo.
 Mutua quid prodest crepuisse Troparia vulgo,
 Tabificos edit si sine mente sonos?
 Qui se non audit, Deus haud exaudiet illum;
 Ferre Deo cultum cum ratione decet.
 Hos igitur versus, hæc responsoria laudo,
 Græcia Trinuni quæ modulata Deo est.
 Angelicæ in terris sunt hæc imitamina vite,
 In cœtu si quis publica vota facit;
 Si quis ter sanctum psallendo Numen adorat,
 Si quis amœbeum solvit in ora metrum.
 Sed si cœlitibus præter venerabile Numen
 Sanctis thura adolet religiosa precum;
 Seu reboet versus, seu responsoria mussat;
 Hunc merito fontem pagina vestra notat.
 Grator ego bos ausus, optans (Deus impleat omen!)
 Mox recinas sacra Pastor in æde Tropos!
 Perge, uti cœpisti; nec Aristarchi indue mores,
 Sed mage Aristotelis nomen & omen habe.

Hoc voto paterno filium suum natu minimum, adeoq; τειφι-
 πτην, sub præsidio Γαμβρῆ τῆ Κηδύς DE TROPARIIS ECCL.
 GRÆCÆ publice disputantem prosequitur

M. MICHAEL Stemler / Pastor ac Superin-
 tendens Neost. ad Orlam. Ann. ætat. 71. conjug.
 non mut. 46. Minister. 48. & inter hos Ephor. 30.